



Acta sanctorum

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

Quo dies octavus et nonus continentur

Bolland, Johannes

Parisiis et Romae, 1865 [erschienen] 1866

De SS. Andronico Et Athanasia Confessoribus In Ægypto Commentarius
Prævius Sanctorum Conjugum in Fastis sacris memoria, ætas, Acta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72229](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72229)

DE SS. ANDRONICO

ET ATHANASIA CONFESSORIBUS

IN EGYPTO

COMMENTARIUS PRÆVIUS

Sanctorum Conjugum in Fastis sacris memoria, ætas, Acta.

SEC. V. ALI-
QUANTUM
PROFECTO.
Latinis

Etsi non eodem die sanctum hoc conjugum par ex hac mortali ad immortalem vitam emigravit, ne tamen, quos Deus animo, corpore, et vitæ eremiticæ professione conjunxit, separemus, conjunctim, quod Majores nostri ad diem XXVII Februarii polliciti sunt, hodie damus.

B Romanum Mrl. Typicum S. Sabæ et Menologium Slavo-Russicum secuti. Agunt de his Metaphrastes, Surius, Molanus ad diem XXVII Februarii; Menologium Græcum eminentissimi Cardinalis Albani ad diem 2 Martii; Castellanus vero in Mrl. universali hodie quidem utrosque, sed ad diem XXII Julii separatim Athanasiam, indubie quod eo die obiisse illam legerit, commemorat. Ad diem IX Octobris ita habet Martyrologium Romanum: Hierosolymis sanctorum Andronici et Athanasie ejus conjugis. Baronius in Annotatis huic Annuntiationi subnectis, laudans Menæa Græcorum, quæ eminentissimus Cardinalis Sirletus Latine interpretatus est, fontem indicat, unde hi Sancti in Martyrologium Romanum illati fuerunt: hæc porro, interprete Sirleto, ad hunc diem ita habent: Commemoratio sanctorum Andronici et Athanasie conjugis. Fuit autem Andronicus ex urbe magna Antiochia, qui, relictis opibus, una cum conjugē venit Hierosolymam, ubi cum sancta loca veneratū esset, pietatis opera exercens, post plurimos labores, jejunia, vigiliis et sanctorum locorum visitationes, post admirabilem beatissimæ Athanasie dormitionem, ipse quoque obdormivit in Domino.

Græcique
fastis noti
sunt

2 Hæc Menæorum apud Sirletum verba sunt: liquet quidem ex his, SS. Andronicum et Athanasiam loca sacra Palæstinæ, quod bis fecisse illos Acta eorum apud Surium ad diem XXVII Februarii et Menæa infra laudanda quoque aiunt, visitasse et piis illic operibus fuisse intentos: sed quod præterea verbis mox citatis videri possunt Sirletiana Menæa adstruere, eosdem Hierosolymis fuisse defunctos, verosimiliter præter intentionem illius est, qui mox transcripta de SS. Andronico et Athanasia Menæis verba inseruit, volueritque fortassis iis verbis dumtaxat significare, eos post sanctorum locorum visitationes sancto et mirabili fine, licet alibi, in Domino quiescisse. Hoc equidem Menæis, infra laudandis, Actis eorum apud Surium, aliisque item Mss. e Bibliotheca cæsarea Vindobonensi transcriptis et apud nos servatis, plane conforme est, secundum quæ bis utrique Hierosolymam adierunt; sed in Ægypto, certe non procul a solitudine Scetica et civitate Alexandrina, evolutis a postrema locorum sanctorum visitatione annis duodecim, obierunt, in monasterio, quod Decimum Octavum appellant;

ea verosimillime de causa, quod decem et octo milliariibus, seu leucis Gallicis circiter sex Alexandria distitum esset. Sed quidquid sit de mente auctoris Sirletianæ Annuntiationis, non omnino fortassis Martyrologii Romani emendatoribus explorata, malui utique SS. Andronicum et Athanasiam Ægypto, in qua vitam solitariam inchoarunt et terminarunt, ob stabilem eorum illic habitationem adscribere, quam Palæstinæ aut Hierosolymis, quo bis tantum viginti quatuor annorum spatium, ut ex Menæis patescet, pietatis causa profecti fuerunt.

3 Dicendum nunc est de tempore, quo ex hac vita migrarunt. Surius citatus annum circiter trecentimum octogesimum illis assignat. An quod circa annum illum Andronicum floruisse, credit? An quod sub illum annum ex hac vita migrarunt? Primum quidem verum fortassis est: alterum vero minus simile apparet: nam secundum Acta, e Metaphraste ab ipso Surio edita, Andronicus non ante Theodosii Magni imperium, quod anno 379 ceptum est, in uxorem duxit Athanasiam: In diebus Theodosii Magni imperatoris, inquit illa, erat in magna urbe Antiochia juvenis argentarius, nomine Andronicus. Accepit autem uxorem filiam argentarii, nomine Johannis. Erat vero ejus nomen Athanasia. Surius itaque solum utcumque indicasse videtur annum, tum quo floruit Andronicus, tum quo imperii habenas suscepit Theodosius. Porro ex iisdem Actis habemus Andronicum cum Athanasia vixisse in seculo annis 12: postquam vero vitæ monasticæ sese dedit, annis 24. Quare secundum eadem Acta tum ipse, tum uxor ejus, non diu ante maritum mortua, ad annum saltem 415 vitam protraxerunt. Theodosii Magni imperium prima nota Chronica est, ex qua Andronici et Athanasie ætatem utcumque colligas: alteram suppeditat abbas Daniel, quo non modo tamquam magistro usi sunt, postquam, relicta Antiochia, liberisque orbi, in Ægypti solitudines, reliquum vitæ ibi Deo unice impensuri, abierunt; sed quo adhuc superstite etiam obierunt. At quis ille Daniel abbas, et quo tempore fuit?

Sancti con-
juges: quo-
rum ætas,

F

4 Daniel, de quo in Actis SS. Andronici et Athanasie fit mentio, solitudinis Sceticæ incola fuit: hujus autem nominis insignem virum sub seculi quarti finem Cassianus in eadem solitudine vidit, quem Collatione quarta, de concupiscentia carnis et spiritus secum disserentem inducit. Inter ceteros, inquit cap. 1, Christianæ Philosophiæ viros abbatem quoque vidimus Danielem, æqualem quidem in omni virtutum genere his, qui in eremo Sciti commanebant, sed peculiariter gratia

quatenus id
nobis licet,

AUCTOR
J. B.

gratia humilitatis ornatum. Tum Danielem, licet multis junior esset, ad sacerdotii gradum, curante Paphnutio abbate, cui Bubali cognomen adhaesit, erectum fuisse, ait; additque demum: Non multo post (seu brevi post aditum a Daniele sacerdotium) hunc, quem sibi paraverat successorem (Paphnutius) praemisit ad Dominum. Ex quibus verbis Cassiani colligo, Danielem hunc ad senectutem non pervenisse, nec defunctis SS. Andronico et Athanasia fuisse superstitem: at vero Daniel, quo vitae asceticae duce et magistro annis saltem viginti quatuor illi usi sunt, et qui morientibus adfuit, in Actis ob aetatem provecum, non raro Senex appellatur, quod in Danielem, Paphnutii Bubali discipulum, non cadit. Quarendus ergo alter Daniel, qui paulo serius annis meritisque gravis Sceticam solitudinem incoluerit; ut ex hujus aetate, seculo potius quinto, quam quarto Andronicum et Athanasiam obuisse, confirmetur.

utrumque
definitur.

5 Hujusmodi porro Daniel occurrit in Actis S. Arsenii, tom. iv Julii a pag. 605 in Opere nostro illustratis. Agitur illic pag. 613 de hoc Daniele, et sub Arsenio vitam monasticam in solitudine Scetica exercuisse, et Cyrillo Alexandrino episcopo, anno 444 supervivisse ostenditur; plura de illo ibidem legi possunt. Ad diem item xiv Aprilis S. Thomaidis corpus, pro pudicitia interemptae, in Scithim deportari jussisse, ac ibidem in suo coemeterio tumulasse traditur; quod officii genus SS. quoque Andronico et Athanasia praestitisse in horum Actis legitur. Fit itaque vero admodum simile, de Daniele, Arsenii discipulo, agi in Actis mox laudatis; atque adeo sanctos nostros seculo quinto, saltem aliquantulum provecum, ex hac vita in caelum evocatos fuisse: at quo hujus seculi anno non liquet. Arsenius in Commentario ejus Actis praevio, pag. 613 ab anno 394 usque ad annum 434 in Scithi habitasse traditur; quo tempore verosimile est,

discipulum ejus Danielem Andronicum et Athanasiam salutaribus instructis monitis, ac demum morientibus adstilisse; nam post annum 434, Arsenius usque ad annum 449 vel 450, vitae suae supremum, vel in Canopo vel in Troe, quo eum verosimiliter Daniel secutus est, habitavit: Andronici autem et Athanasiae vitam ad annum 450 aut ultra extendere prohibent eorum Acta: ponamus enim eos conjugium inuisse anno imperii Theodosiani postremo, seu Christi 395; huic addantur anni 12, quibus in seculo vivere; tum anni 24, quibus vitam solitariam egerunt, ad annum dumtaxat 431 perlingemus. Mortui itaque fuerint ex dictis tum hoc, tum numero 3 eo temporis intervallo, quod ab anno 415 usque ad annum 431 effluit.

Acta quae
edenda sunt.

6 Ceterum SS. Andronici et Athanasiae gesta commentatione via indigent: si quid ad ea illustranda facere videbitur, in Annotatis ad eorum Acta praestabitur. Haec typis excusa apud Surium ad diem xxix Februarii, ut supra dixi, jam sunt ex Metaphraste. Consonant ea passim Menaeis Graecorum, anno 1595 typis venetis excusis, quibus pariter SS. Andronici et Athanasiae Acta ad diem ix Octobris inseruntur. Haec inde damus adjuncta versione Latina; nec, si qua in re ab Actis Surianis, aut altero, eorumdem opographo Graeco, ex bibliotheca caesarea Vindobonensi transcripto, differant aut discrepent, id in Annotatis praeteribimus. Actis Menae de more binos versiculos, quibus ad perpetuam fere illorum tum in matrimonio tum in vita monastica (in qua Athanasia, virili induta habitu, cum Andronico, annos 12, sed et ignota, transegit) societatem alluditur, praemittunt: sic se habent:

Ἐσκήνον Ἀνδρόνικος Ἀθανασία
Κόσμος τ' ἐν ἀσκήσειτι καὶ πόλις ἔχει.
Contubernalem Andronicum Athanasiam
In seculo, in vita monastica, et in caelo habet.

ACTA

EX MENÆIS.

C
SS. conjugis,
amissis libe-
ris,
a
b
c

Sanctus hic Andronicus natus Antiochia Magnae Sa, arte faber argentarius b, admodum religiosus, bonorum operum plenus, ac opulentus fuit. Habuit uxorem Athanasiam c, feminam venerabilem ac Dei pariter amantem; qui conspirantes in bonum suas perpetuo facultates tres in partes dividerunt. Et partem quidem unam pauperibus liberaliter elargiti sunt; alteram vero indigentibus absque favore mutuam dederunt; tertiam vero in rem argentariam victumque necessarium impenderunt. Generunt autem proles duas, masculam et femineam d. His vero genitis, deinceps non accesserunt ad invicem, sed in continentia precibusque agebant ambo, confrendis in pauperes aegrosque beneficiis operam dantes assiduam. Post annos autem cohabitationalis ipsorum duodecim utraque proles, cum ea esset, qua parentes oblectare posset, aetate, eodem obiit die. Andronicus autem nihil ob id, quod acciderat, minus generosi admittens, in beatam potius Jobi vocem erupit: Nudus egressus sum etc. verum hujus conjux Athanasia inconsolabili dolore correpta est; un-

Ὅστις ὁ ὄσιος Ἀνδρόνικος ἦν ἐξ Ἀντιοχείας τῆς μεγάλης, ἀργυροπράτης τὸ ἐπιτήδειμα, εὐλαβὴς καὶ πλήρης ἀγαθῶν ἔργων, καὶ πλοῦσιος. Ἔγημε δὲ γυναῖκα τὴν Ἀθανασίαν, σεμνὴν καὶ θεοφιλεῖ καὶ ἀσκήσασσαν. Μετ' ἧς ἐπ' ἀγαθῶν συμφωνήσας, εἰς τρία διείλον αἶμα τῶν βίων αὐτῶν. Καὶ τὸ μὲν ἐν μέρος τοῖς πτωχοῖς ἀφθόνως παρεῖχον· τὸ δὲ ἕτερον, δάνειον παρεῖχον ἀμισθὶ τοῖς χρεῖαν ἔχουσι· τὴν δὲ τρίτην μερίδα, λόγῳ τοῦ ἀργυροπρατείου, καὶ τῶν πρὸς τὸ ζῆν ἀναγκαίων ἠκανόμην· ἕτερον δὲ δύο παιδας, ἀρσέν καὶ θήλυ. Τεχνήτων δὲ αὐτοῖς τούτων τῶν δύο παιδῶν, οὐκ ἐπι προσέθετο προσεγγίσει ἀλλήλοις, ἀλλ' ἦσαν ἀμφοτέροι ἐν σερασίῃ καὶ προσευχαῖς, καὶ ταῖς τῶν πτωχῶν καὶ νοσούντων εἰποιαῖς ἐνδελεχῶς σπουδάζοντες. Μετὰ δὲ δώδεκα ἔτη τῆς αὐτῶν συνουσίσεως, ὄντων τῶν τέκνων αὐτῶν ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡλικίᾳ, ἣ ἀγάλειεν τοὺς γονεῖς εἶχον, ἐν μία τῶν ἡμερῶν τεθνήκασιν ἀμφοτέρα· ὁ δὲ μακρότερος Ἀνδρόνικος οὐδὲν ἀγενὲς ἐπὶ τῷ συμβεβηκότι ἐνδείξασθαι, τὴν μακαρίαν μάλλον φωνὴν τοῦ Ἰὼβ ἐξέβόησεν. αὐτὸς γυμνὸς ἐξῆλθεν, καὶ τὰ εἶπε· ἢ δὲ τούτου σύμβουλος Ἀθανασία ἀπαρμηδύθηεν ἔσχε τὴν λύπην· ὅθεν καὶ ταφέντων τῶν παιδῶν ἐν τῇ μαρτυρίᾳ τοῦ ἁγίου Ἰουλιανοῦ, οὐκ

A οὐκ ἠθέλησεν ἐκείθεν ἐξελθεῖν, λέγουσα, συναποθανοῦμαι καὶ αὐτῇ, καὶ συναψῆσθαι τοῖς τέκνοις μου. Λαβόντος οὖν τοῦ πατριάρχου τὸν μακάριον Ἀνδρόνικον ἐν τῷ πατριαρχείῳ, χάριν παραμυθίας, ἡ γυνὴ οὐκ ἠνέσχετο τοῦ μαρτυρίου ἐξελθεῖν, ἀλλ' ἔμεινεν ἐκεῖ γοερώς καπομένη.

2 Μεσοῦσης δὲ τῆς νυκτὸς, ὄφθη αὐτῇ ὁ μάρτυς Ἰουλιανὸς, ἐν σχήματι μοναχοῦ, λέγων αὐτῇ, τί ἔχεις, ὀ Γύναι, τί οὐκ ἐξ ἤρμενιν τοὺς ὄδοι. Ἡ δὲ ἀποκριθεῖσα, ἔφη· μὴ βαρυνθῆς, κύριε μου, κατὰ τῆς δούλης σου· ἐπεὶ σφοδρὸν πόνον κέκτημαι, δύο γὰρ μόνον τέκνα ἔχουσα, σήμερον ἀμφοτέρω ἐξελόμενα. Ὁ δὲ λέγει αὐτῇ· μὴ κλαῖε περὶ αὐτῶν· λέγω γὰρ σοι, Γύναι, ὅτι ἐν τῷ τρόπῳ ἀπαιτεῖ ἡ φύσις τοῦ ἀνθρώπου τὴν βρώσιν, καὶ ἀδύνατον μὴ δοῦναι αὐτῷ φαγεῖν, οὕτω καὶ τὰ νήπια ἀπαιτοῦσιν τὸν Χριστὸν ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ τὰ μέλλοντα ἀγαθὰ· λέγοντα, Δικαιοκρίτα, ἀντὶ τῶν ἐπιγείων ὧν ἐσπερήθημεν, μὴ στερήσης ἡμᾶς τῶν ἐπουρανίων. Ἡ δὲ ἀκούσασα, κατενύγη, καὶ μετέβαλε τὸ πένθος εἰς χάριν· λέγουσα, ἄρα ζῶσι τὰ τέκνα μου ἐν οὐρανοῖς, τί κλαιῶ; καὶ στραφεῖσα ἐξήκει τὸν λαλήσαντα αὐτῇ ἀββᾶν, καὶ περιεβούσασα ἔβλεν τὸν ναόν, οὐκ εὔρε, καὶ λέγει τῷ Συρωρῶ. Πῶς ἐστὶν ὁ ἀββᾶς ὁ εἰσελθὼν ἐνταῦθα ἄρτι; λέγει αὐτῇ ὁ Συρωρῶς· ἴσθες πάσας τὰς θύρας ἡσφαλισμένας, καὶ λέγει· πῶς ἐστὶν ἄρτι; ἔγνω δὲ ὁ Συρωρῶς, ὅτι ὀπτασίαν εὐόρακεν. Ἡ δὲ φόβῳ συσχεθεῖσα, ἀπῆλθεν εἰς τὸν οἶκον αὐτῆς, καὶ διηγήσατο τῷ Ἀνδρῖ αὐτῆς, ἃ εἶδεν, καὶ ἤτήσατο βάλειν αὐτὴν εἰς μοναστήριον. Ὁ δὲ καὶ γὰρ καὶ αὐτὸς ἦν τοῦτο πόθων, ἀρμένιος τὸν λόγον δεξάμενος, δέδωκε πλείστον μέρος τῆς οὐσίας αὐτοῦ τοῖς πτωχοῖς, καὶ τοὺς ὀνητοῦς τῶν δούλων ἠλευθέρωσεν· τὰ δὲ λοιπὰ τῶν ὑπαρχόντων αὐτοῦ ἀνέβητο τῷ πενθερῷ αὐτοῦ, παραγγεῖλας αὐτῷ, ποιῆσαι νοσοκομεία καὶ εὐνοδοχεῖα μοναχῶν· αὐτὸς δὲ μικρὰ ἐφόδια λαβὼν, ἐξῆλθεν νυκτὸς ἐκ τῆς πόλεως, αὐτὸς καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ μόναι.

B ὁ Συρωρῶς ἴσθες πάσας τὰς θύρας ἡσφαλισμένας, καὶ λέγει· πῶς ἐστὶν ἄρτι; ἔγνω δὲ ὁ Συρωρῶς, ὅτι ὀπτασίαν εὐόρακεν. Ἡ δὲ φόβῳ συσχεθεῖσα, ἀπῆλθεν εἰς τὸν οἶκον αὐτῆς, καὶ διηγήσατο τῷ Ἀνδρῖ αὐτῆς, ἃ εἶδεν, καὶ ἤτήσατο βάλειν αὐτὴν εἰς μοναστήριον. Ὁ δὲ καὶ γὰρ καὶ αὐτὸς ἦν τοῦτο πόθων, ἀρμένιος τὸν λόγον δεξάμενος, δέδωκε πλείστον μέρος τῆς οὐσίας αὐτοῦ τοῖς πτωχοῖς, καὶ τοὺς ὀνητοῦς τῶν δούλων ἠλευθέρωσεν· τὰ δὲ λοιπὰ τῶν ὑπαρχόντων αὐτοῦ ἀνέβητο τῷ πενθερῷ αὐτοῦ, παραγγεῖλας αὐτῷ, ποιῆσαι νοσοκομεία καὶ εὐνοδοχεῖα μοναχῶν· αὐτὸς δὲ μικρὰ ἐφόδια λαβὼν, ἐξῆλθεν νυκτὸς ἐκ τῆς πόλεως, αὐτὸς καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ μόναι.

C 3 Ἡ δὲ μακάρια Ἀθανασία, μακρόθεν ἰδοῦσα τὸν οἶκον αὐτῆς ἀναβλέψασα εἰς τὸν οὐρανὸν εἶπεν· ὁ Θεὸς ὁ εἰπὼν τῷ Ἀβραάμ καὶ τῇ Σαρῶ, ἐξέλθε ἐκ τῆς γῆς σου καὶ ἐκ τῆς συγγενείας, καὶ δεῦρο εἰς γῆν, ἣν ἄν σοι δεῖξω, αὐτὸς τὰ νῦν ἐδήγησεν ἡμᾶς εἰς τὸν φόβον σου; ἰδοὺ γὰρ κατελείψαμεν τὸν οἶκον ἡμῶν ἀπωγμένον διὰ τὸ ὄνομα σου, μὴ κλείσης ἡμῖν τὴν θύραν τῆς βασιλείας σου, καὶ κλαισάντες ἀμφοτέροι ἀπῆλθον. Καὶ φθάσαντες εἰς τοὺς ἁγίους τόπους, προσκυνήσαν· καὶ συνέτυχον πολλοῖς πατράσιν. Ὑποστρέψαντες δὲ ἐκεῖθεν, ἐπορεύθησαν ἀμφοτέροι εἰς τὸν ἀββᾶν Δανιὴλ καὶ αἰτησαμένον αὐτῶν ἀναβῆναι τὴν Ἀθανασίαν ἐν μοναστήριον, ἀπέστειλεν αὐτὴν εἰς τὴν μονὴν τῶν Ταβεννησιωτῶν· ὁ δὲ Ἀνδρόνικος δεξάμενος τὸ ἀγγελικὸν σχῆμα παρὰ τοῦ γέροντος, ἔμεινεν παρ' αὐτῷ ἔτη δώδεκα. Διελθόντων δὲ τῶν δώδεκα ἐτῶν παρεκάλεσεν τὸν ἀββᾶν Δανιὴλ συγχορήσει ὁ ἀπέλθειν αὐτὴς εἰς προσκύνησιν τῶν ἁγίων τόπων· ὁ δὲ ποιήσας εὐχὴν, ἀπέλυσεν αὐτὴν. Ὁδεύων δὲ ὁ ὄστιος Ἀνδρόνικος κατὰ τὴν Αἴγυπτον ἐκάθισεν ὑπὸ κλάτῳ φυτοῦ, ἵνα ἀναψῆθαι ἀπὸ τοῦ καύματος· καὶ ἰδοὺ κατ' οἰκονομίαν θεοῦ, καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ ἀπερχομένη καὶ αὐτῇ εἰς τοὺς ἁγίους τόπους ἐν ἀνδρῶν σχήματι συνήτησε τῷ ὁμοζύγῳ αὐτῆς Ἀνδρόνικῳ, καὶ ἀσπασαμένον ἀλλήλους, ἐκείνη μὲν ἀνεγνώρισεν αὐτόν, ἐκεῖνος δὲ οὐκ ἐγνώρισεν αὐτήν, διὰ τὸ μαρτυρῆσαι τὸ κάλλος αὐτῆς ὑπὸ τῆς ἀγῶν ἀσκήσεως, καὶ ὡς Αἰθίοπα αὐτὴν φαίνεσθαι.

4 λέγει οὖν αὐτῷ ἐκείνη, πῶς ἀπέρχῃ, Κύριε ἀββᾶ; λέγει αὐτῇ, εἰς τοὺς ἁγίους τόπους. λέγει αὐτῷ, ἐκεῖ βούλομαι κάγω ἀπέλθειν. λέγει οὖν αὐτῇ, θέλεις ὁδεύσαι ἡμᾶς ἀμφοτέρους ὁμοῦ; λέγει αὐτῷ, ὡς κα-

de et sepultus in S. Juliani templo e liberis, noluit inde egredi, dicens, una cum liberis moriar et sepelir. Patriarcha f itaque B. Andronicum domum solatii causa recipiente, conjux ejus templo egredi non sustinuit, sed permansit illic lamentabiliter plangens.

2 Nocte vero media S. Julianus martyr ipsi monachi habitu indutus g apparuit, dicens: Quid, Mulier; tibi est? Cur quiescere haud sinis hic sepultos? Illa autem respondens ait: noli irasci, Domine mi, ancilla tuae, quoniam vehemens me dolor affecit: binos enim tantum liberos nacta, ambos hodie extuli. At ille: Noli eorum causa plorare: dico enim tibi, o Mulier, quemadmodum sic est hominis natura, ut cibum exigat, nec fieri, quin ei detur, potest; ita et liberos tuos a Christo hac ipsa die vite futurae bona petere dicentes: Judex juste, pro terrenis, quibus privati fuimus, ne nos priva celestibus. Que cum audisset, extimulata est, luctumque convertit in gaudium, vivunt itaque, inquiring, mea in caelis pignora: quid ploro? Et conversa abbatem se allocutum quarebat, nec, perlustrato, quantum erat, templo, invenit; atque Janitori: ubi abbas mox huc ingressus? Respondet Janitor: valvas omnes oclusas vides, quærisque, ubi abbas mox huc ingressus h? Intellexit autem Janitor visionem illi fuisse oblatam. Illa vero timore percussa domum rediit et sibi visa marito narravit, et ut se monasterio traderet, petiit. Ille vero (tenebatur enim et ipse eodem desiderio) cum libens isthaec verba excepisset, rerum suarum partem maximam egenis dedit, et, quos emerat, servos libertate donavit: reliquam autem socero i tradidit, ipsi præcipiens, ut valetudinaria monachorum hospitia conderet: accepto autem modico viatico, noctu solus cum uxore civitate egressus est.

3 B. vero Athanasia suas eminus aedes respiciens, sublatis in caelum oculis, Deus, inquit, qui dixisti Abraham et Saræ: Egredere de terra tua et de cognatione tua, et veni in terram, quam monstrabo tibi h, tu nos modo dirige in viam timoris tui. Ecce dereliquimus domum nostram apertam propter nomen tuum; regni tui januam ne ocluseris nobis, amboque plorantes iter faciebant. Cumque ad loca sancta l pervenissent, hæc venerati, multis cum patribus colloati sunt. Inde autem recedentes Daniele abbatem ambo convenerunt m, rogantibusque illis, ut Athanasiam in monasterio collocaret, misit illam in monasterium Tabennisiotarum n. Andronicus autem, accepto a Sene habitu angelico o, apud illum mansit annis duodecim. Evolutis autem annis hisce duodecim, Daniele oravit, ut sibi denuo ad loca sancta peregrinari liceret. Hic, fuis precibus, abundi veniam dedit. Cum vero iter per Ægyptum faceret Andronicus sub arbore ut se a calore reficeret, consedit, et ecce, sic Deo disponente, uxor ejus ad loca sancta et ipsa in habitu virili profecta, marito Andronico facta est obvia; cumque invicem salutassent, ipsa quidem ipsum cognovit; non autem hic illam, quod ejus venustas præ nimia sui in vita monastica exercitatione marcuisset, similisque Æthiopi appareret.

4 Ait igitur illa Andronico: Quo tendis, Domine Abba p? Ad loca, inquit, sancta. Il luc et ego, inquit illa. Vis igitur una iter ambo faciamus, inquit Andronicus. Ut jubes, respon-

ex Menais. e f

divis in pios usus bonis, g

E

h

i

monachi fluit: post annos 12

k

l

F

m

n

o

sibi mutuo peregrinantes occurrunt, p

det

EX MENSES.

det illa, cæterum taciti, et perinde ac si non adessem. Ut jubes, inquit Andronicus. Enimvero, inquit illa, nonne es Danielis abbatidis discipulus? Sum, inquit. Nonne Andronicus appellaris? Uti que, ait. Tum illa : comites nobis erunt Senis preces. Amen, respondet ille. Et una ambo profecti sunt, et loca sancta venerati, Alexandriam silentium agentes reverterunt. Rogat abbas Athanasius (sic enim mutato nomine dicta est Athanasia) num velit una secum in cella morari? Ut jubes, inquit Andronicus, at prius abire, et senem bene mihi dicere volo. Abi, inquit, et in decimo-octavo q te expectabo, et si manere mecum in silentio, ut iter fecimus, sustineris, veni; sin autem minus, venire noli; profectus autem rem seni renuntiavit. Dixit senex : abi, silentium ama, fratricohabita : monachus enim est, qualis esse debet. Cum autem redisset, et ipse, et Athanasius, ejus uxor, annos denuo duodecim r cohabitaverunt, nec agnita ab illo uxor fuit. Frequenter itaque illos invisibat senex salutaria cum illis colloquia instituit. Cum igitur aliquando ad illos reversus esset, et dicto vale, jam esset in reditu, cursu eum pone insecutus et assecutus Andronicus dixit : Abbas Athanasius migrat ad Dominum.

5 Reversusque senex febris correptum invenit, cepitque lacrimari abbas Athanasius : ait illi senex : cum gaudendum tibi sit, quod in occursum Dei proficiscaris, ploras? At illa : Ploro, sed unius Andronici causa : verum id mihi charitatis obsequium presta : cum me sepelieris schedulam s ad caput meum invenies, perlege, et Andronico abbati trade. Fuis precibus, sacram synaxim sumpsit et obdormivit in Domino. Venerunt funus ejus curaturi, et ecce sexu inventa est mulier, ejusque rei fama per omnem Lauram audita est, et senex missis nunciis, universam Scetes excivit solitudinem et fratres interiorum eremum incolentes; ascenderuntque omnes Lauræ Alexandrinae, omnique civitas, et Siciotæ candidis (ita enim moris est in Scete) induti vestibus t. Itaque cum frondibus ramisque palmarum extulerunt venerandas Athanasie exuvias u, laudantes Deum, qui tantam tolerantiam contulerat feminæ. Mansit autem illic senex, ut B. Athanasie diem septimum celebraret w, voluitque dein abbatem Andronicum secum abducere : id autem ille non tulit, Domine suæ se commoriturum aiens. Ac rursus dicto vale, redeuntem senem nonnemo e fratribus assequitur, dicens : Andronicus abbas febre tenetur : misitque iterum senex in Sceten, dicens : Huc agite, ascendite, quia abbas Andronicus fratrem Athanasium sequitur. Ascenderunt, spirantemque invenerunt, cumque illis bene esset precatum, obdormivit in Domino. Orta autem est inter Octodecimanos Siciotasque contentio, utri ejus exuvias obtinerent y. Vix igitur eos repressit senex, ut eum una cum commilitone Athanasia sepeliri sinerent; atque ad hunc modum utrique a contentione revocati sunt, laudantes Deum rerum omnium Dominum. Amen.

unaque habitant, nec Athanasia, nisi mortuus, marito innotescit.

λευεις· πλὴν, ὡς μὴ ὄντος μου, οὕτως ὀδύσσομαι σιωπῶντες. Ὁ δὲ Ἀνδρόνικος ἔφη, ὡς κελύει. Λέγει αὐτῷ, οὕτως οὐκ εἰ μαθητὴς τοῦ ἀββᾶ Δανιὴλ; Δέγει αὐτῇ, ναί. Καὶ λέγει αὐτῷ, οὐκ Ἀνδρόνικος ὀνομάζῃ; Λέγει αὐτῇ, ναί. Εἶπεν αὐτῷ, αἱ εὐχαὶ τοῦ γέροντος συνοδεύσουσιν ἡμῖν. Λέγει ὁ Ἀνδρόνικος, ἀμὴν καὶ συνοδεύσουσιν ἀμφότεροι καὶ προσκυνήσαντες τοὺς ἁγίους τόπους ὑπὸ στρεφῶν σιωπῶντες ἐν Ἀλεξανδρείᾳ. Καὶ λέγει ὁ ἀββᾶς Ἀθανάσιος (οὕτω γὰρ μετονομάσθη ἡ Ἀθανασία) τῷ Ἀνδρόνικῳ, θέλεις ἕνα μείνωμεν ἡμῶς εἰς κελλῖον; Λέγει ὁ Ἀνδρόνικος, ὡς κελύει; ἀλλὰ θέλω πρῶτον ἀπελθεῖν καὶ λαβεῖν τὴν εὐχὴν τοῦ γέροντος. Λέγει αὐτῷ ἵπαγε, καὶ μένω σε εἰς τὸ Ὀκτωκαιδέκατον. καὶ εἰν ὑπομνήης μείναι μετ' ἐμοῦ σιωπῆρας, ὡς ὠδύσσομαι, εἰθε. εἰ δὲ μὴ, οὐκ ἐλεύσῃ. Ὁ δὲ ἀπελθὼν, ἀγγέλλει τῷ γέροντι τὰ περὶ τοῦ πράγματος· ὁ δὲ γέροντι εἶπεν αὐτῷ, ἵπαγε, ἀγάπα τὴν σιωπὴν, καὶ μείνω μετὰ τοῦ ἀδελφοῦ μοναχὸς γὰρ εἶναι, ὡς δεῖ εἶναι Ἐπαναλίσσαντος δὲ αὐτοῦ ἔμειναν ἡμῶς, ὁ τε Ἀθανάσιος καὶ ἡ αὐτοῦ σύζυγος, ἄλλα θοδὸκα ἔτη, καὶ οὐκ ἐργάσθη αὐτῷ, ὅτι ἡ γυνὴ αὐτοῦ ἐστὶ πολλὰκις οὐκ ἤργετο ὁ γέροντι εἰς ἐπίσκεψιν αὐτῶν, διαλεγόμενος αὐτοῖς τὰ περὶ ὠφελείας. Ἀπαξ οὖν ἀνελθόντος τοῦ γέροντος καὶ συναξαζομένου αὐτοῖς ἐν τῷ ὑποστρέφειν αὐτῶν, ἔδρα μὲν ὅπισθεν αὐτοῦ ὁ ἀββᾶς Ἀνδρόνικος, καὶ καταλαβὼν αὐτὸν, λέγει, ὁ ἀββᾶς Ἀθανάσιος ὑπάγει πρὸς Κύριον.

5 Καὶ ἐπαναλίσσας ὁ γέροντι, εὖρον, αὐτὸν πυρετῷ συνεχόμενον, καὶ ἤρατο κλαῖεν ὁ ἀββᾶς Ἀθανάσιος. Λέγει αὐτῷ ὁ γέροντι ἀντὶ τοῦ χαρῶσαι σε· ὅτι ἀπέρχῃ ἀπαντῆσαι Θεῷ κλαίεις; ἡ δὲ ἔφη, οὐ κλαίω, εἰ μὴ διὰ τὸν ἀββᾶν Ἀνδρόνικον· ἀλλὰ ποιῶσαν ἀγάπην, καὶ μετὰ τὸ θάψαι με, εὐρήσεις πτάκιον κείμενον πρὸς κεφαλῆς μου, καὶ ἀνάγνωθι αὐτό, καὶ ὅς αὐτό τῷ ἀββᾶ Ἀνδρόνικῳ. Καὶ ποιῶσάτου εὐχὴν, ἐκοιμήσασθαι καὶ ἐκοιμήθη ἐν Κυρίῳ. Ἦλθον δὲ κηδεύσαι αὐτὸν, καὶ ἰδοὺ τῇ φύσει εὐρέθη, καὶ ἠκούσθη εἰς ὄλην τὴν λαύραν. Καὶ πέμφας ὁ γέροντι ἀνήγγειλε ὄλην τὴν Σκητὴν, καὶ τοὺς εἰς τὴν ἐσωτέραν ἔρημον οἰκούντας ἀδελφοὺς, καὶ ἀνήλθον πάσαι αἱ λαύραι Ἀλεξανδρείας, καὶ πάσα ἡ πόλις συνήλθε, καὶ οἱ Σιτιώται λευκοφοροῦντες, οὕτως γὰρ ἐστὶν ἔθος ἐν τῇ Σκήτῃ· μετὰ κλάδων οὖν καὶ βάλων ἐξεκίμασαν τὸ τίμιον λείψανον Ἀθανασίας, δοξάζοντες τὸν Θεόν, τὴν τοσαύτην ὑπομονὴν παρασχόντα τῇ γυναικί. Ἐμεινε δὲ ὁ γέροντι τὰ ἔσθωμα τέλειαι τῆς μακαρίας Ἀθανασίας, καὶ μετὰ ταῦτα ἠθέλησεν λαβεῖν μετ' ἑαυτοῦ τὸν ἀββᾶν Ἀνδρόνικον· ὅδε οὐκ ἠέσχετο, λέγων, μετὰ τῆς κυρίας μου τελευτήσω. Καὶ πάλιν συναξαζομένου τοῦ γέροντος, ἐν τῷ ὑποστρέφειν αὐτὸν, φθάνει αὐτὸν ἀδελφὸς λέγων, ὁ ἀββᾶς Ἀνδρόνικος πυρετῷ συνέχεται· καὶ πάλιν ἐπεμψεν ὁ γέροντι ἐν τῇ Σκήτῃ, λέγων· δεῦτε, ἀνέλθετε, ὅτι ὁ ἀββᾶς Ἀνδρόνικος ἀκούλουβει τῷ ἀδελφῷ Ἀθανασίῳ· οἱ δὲ ἀνῆλθον, καὶ κατέλαβον αὐτὸν ζῶντα· καὶ εὐλογηθέντων αὐτῶν παρ' αὐτοῦ, ἐκοιμήθη ἐν Κυρίῳ. Ἐγένετο οὖν ἔσθασις μεταξὺ τοῦ Ὀκτωκαιδέκατου καὶ τῶν Σκητιωτῶν περὶ τοῦ λείψανου αὐτοῦ, πότερον τῶν μερῶν λήφεται αὐτό. Μόλις οὖν κατέπαυσεν αὐτοὺς ὁ γέροντι, ἔασαι αὐτὰ ἐκίσσε συναφῆναι μετὰ τῆς συναγοριστοῦ αὐτοῦ Ἀθανασίας· καὶ οὕτως ἐπαύσαντο τῆς φιλονεικίας ἀμφότεροι, δοξάζοντες τὸν ἐπὶ πάντων Θεόν. Ἀμὴν.

ANNOTATA.

a Antiochia Syriae est ad Orontem fluvium; cui Magnæ epitheton tribuit Philostratus in Vita Apollonii Tyanensis lib. 1, cap. 16. Suriana Acta S. Andronicum illic floruisse aiunt tempore Theodosii Magni: Orientis imperium penes hunc fuit ab anno 377 usque ad annum 395.

b Græce ἀργυροπράτης εἰς ἀργυρος (argentum) et πράτης (venditor) unde dubium videri potest, fuerint

- A fueritne faber argentarius, an nummularius. Apographum Vindobonense habet ἀργυροπράτης τῆ τέ-
χης, τέχνη vero artem significat et fabrum argentarium fuisse innuit.
- c Joannis fabri argentarii filiam, ut addunt Acta Suriana.
- d Consonant Acta Suriana, adduntque alterum Joannis, alteram Mariæ nomen obtinuisse : at
Vindobonense apographum mares binos illis tribuit.
- e Mentionem celeberrimi hujus templi, S. Juliano (Anazarbeno) extra mœnia Antiochena dicati,
facit Procopius lib. 2 de bello Persico.
- f Antiochiæ sederunt sub finem seculi 4 et sequentis initium Flavianus, Euagrius, Porphyrius,
Paulinus : at cum incertum sit, cum quo Christi anno concurrat annus initi a SS. Andronico et
Athanasia matrimonii duodecimus, sub quem liberis orbatu fuere, incertum quoque est, quo de
patriarcha hic sermo sit.
- g S. Juliani templo monasterium erat adjectum : potuit S. Julianus sub specie abbatis illius
monasterii videndum se præbere ac consolari S. Athanasiam. Ceterum monachus reipsa non fuit.
Videsis tom. 1 Januarii pag. 571 : tom. item 2 Martii pag. 422 et seqq. Vindobonense apographum
S. Juliani, aperte saltem, haud meminit : vocem tamen caelestem S. Athanasiae auditam, dicit.
- h Neque hoc S. Athanasia: cum templi janitore colloquium in Vindobonensi apographo legitur.
- i De socero S. Andronici nulla in Vindobonensi apographo iterum mentio est.
- k Lib. Gen. cap. 12, v. 1.
- l Per loca sancta Hierosolymam intelligo cum Radero Viridarii parte 1 pag. 49.
- m Secundum Acta Suriana Alexandriam prius ambo venerunt ; tum S. Andronicus, relicta
illuc uxore, quæ S. Menæ templum frequens visitabat, solus in Sceten ad Danielem abbatem abiit,
reversusque Alexandriam inde rursus una cum uxore ad Danielem rediit in Sceten. De Daniele
autem vide num. 5 Comment. prævii.
- n Duplex monasterium in superiore Thebæide in nomi Tentyrani Thebanique confinis S. Pa-
chomius condidit, alterum viris, alterum sorori suæ, in quod illa sexus sui multas virtutum
suarum odore attraxit. Erant mulieres trans fluvium Nilum, viri autem ex adverso earum, in-
quit Palladius Hist. Lausiace cap. 39 apud Rosweydam. In hoc vitam monasticam aliquamdiu
duxit S. Athanasia.
- o Id est, monachico.
- p Id nominis etiam monachis, maxime senioribus ac virtute præstantibus, etsi abbates haud
essent, tribuebatur honoris gratia.
- q Monasterium erat circa Alexandriam, Decimum octavum, ut apparet, dictum, quod totidem
milliaribus Alexandria distaret.
- r Annos decem et septem habet Vindobonense apographum.
- s His verbis, ut legitur in apographo Vindobonensi, conceptam : ἀββῆ Ἀνδρόνικε ἐγώ εἰμι Ἀθα-
νασία ἡ γυνὴ σου, καὶ τοσοῦται χρόνοι οὐκ ἔδωκά σοι λόγον γνωριμότητος διὰ τὴν τῶν οὐρανῶν Βασιλείαν.
Abba Andronice, ego sum Athanasia uxor tua, et tanto tempore ne vel verbo mei indicium dedi
propter regnum celorum.
- t Minus apte apud Surium legitur : ferentes legumina. An verbum λευκοφορέω a substantivo
λευκάς, ἄδος, quod herbæ genus significat, deduxit?
- u Ritum sepulturæ in monasterio Tabennensi tunc observatum ita describit etiam Palladius
mos laudatus : si virgo obierit, reliquæ virgines, cum eam ad sepulturam concinnaverint, efferunt,
et eam ponunt ad ripam fluminis. Trajicientes autem fratres cum palmis et ramis oliuæ et psalmodia
eam transmittunt et in suis monumentis sepeliunt.
- x Ut sacrificia precesque pro defunctis tertio, septimo, et trigesimo ab eorum obitu die fierent,
jam olim apud Latinos in usu fuit : Græci autem id die tertio, nono, et trigesimo plerumque fa-
ctitarunt. Cur septimum Daniel celebrarit, privata potuit esse causa ; vel mos posterior apud
Græcos non ubique ac semper obtinuit.
- y Nulla hujus rixæ, quamquam nihil habeat non verisimile, in apographo Vindobonensi fit
mentio. S. Andronici reliquias Veronæ in S. Nicolai templo servari dicuntur : sed suntne hujus
S. Andronici, in Decimo octavo sepulti? An S. Andronici Veronensis episcopi aut cujusdam alte-
rius? Primum non ausim asserere ; etsi ejus reliquias ex Oriente in Occidentem allatas fuisse,
aliquo fortassis modo præsumi posset. Vide tom. 5 Maii ad diem xx ejusdem mensis, ubi de S.
Thaleleo sociisque martyribus.

